



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancta Paupertas Religosorum propria sine proprio  
Propugnata**

**Wissingh, Anton**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

De abdicanda Proprietate in particulari. Decretum Sacræ Congregationis  
Apostolicæ Visitationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49625](#)

**Urbanæ Constitutiones in Ca-  
put Quartum Regulæ  
FF. Minorum.**

**Titulus primus.**

**Textus. Præcipio firmiter Fratribus, &c.**

*Post varias controversias circa Paupertatis votum, à Religionis nostra Fratribus observandum, placuit Sanctissimo Domino nostro URBA-NO Papæ VIII. infra scripto Sacr. Congregat. Apostolicæ Visitationis Decreto ea omnia stabilire, quæ pro conscientiarum securitate ab iisdem nosbris Fratribus circa ejusdem Paupertatis votum servanda sunt.*

**De abdicanda Proprietate in particulari.**

**Decretum Sacrae Congregati-  
onis Apostolicæ Visitationis.**

**A**d extirpandum proprietatis vitium, Sacri Concilij Tridentini vestigiis inherentes, omnibus Ordinis nostri Fratribus districte prohibemus, ne quisquam eorum bona immobilia,

vel

vel mobilia, cuiuscumque qualitatis fuerint, pro-  
 ventus, redditus, census, pecunias, etiam ex elec-  
 mosynis, concionibus, aliove labore, aut Consanguini-  
 neorum seu aliorum largitione, etiam intuitu Per-  
 sonae datas, aut alias quovis modo ab eis acquisitas  
 vel acquirendas tamquam propria, aut etiam no-  
 mine Conventus possideat, vel teneat, sed statim  
 ea Superiori tradantur, Conventuque incorpo-  
 rentur, & confundantur, prout nos ex nunc ea ap-  
 plicamus, incorporamus, & confundimus, & pro-  
 applicatis, incorporatis, & confusis haberi volu-  
 mus, & mandamus. Decernentes, Superioribus  
 Bonastablia alicui Ordinis nostri, etiam ad usum  
 fructum, vel usum, administrationem, sive com-  
 mendam concedere non licuisse, nequelicere, ideoq;  
 omnes & quascumque licentias, facultates & in-  
 dulta, si qua etiam a Generali Ministro quovis  
 modo, velex quacumque causa contra predicta  
 concessas, seu concessa, vel quae in posterum concedi  
 contigerit, revocamus, & abolemus, & pro revoca-  
 tis, & abolitis haberi volumus, & infuturum ne  
 concedantur: districte precipimus.

Administratio autem Bonorum Monasterio-  
 rum, seu Conventuum ad solos Officiales eorumdem  
 ad nutum Superiorum amovibiles pertineat

Mobilium vero usum ita Superiores permit-  
 tant, ut eorum Supellex statui Paupertatis, quam  
 profecti sunt, conveniat, nihilque superflui in ea sit,  
 nihil tamen, quod sit necessarium, eis denegetur,  
 quorum omnium Registrum Superiores apud se  
 habeant, & singulis annis revideant; Fratresque ea  
 vendere, donare, aut aliter alienare non valeant;

B 3. quod

quod si quis aliter fecerit, vel quid ( etiam si pecunia sit ) tenere deprehensus, aut convictus fuerit, in biennio activa & passiva voce privatus sit, atque etiam juxta nostras has Constitutiones puniatur.

Pecunia vero aliqua res quamcumque Fratrum intra vigintiquatuor horas tradantur Superiori, in commune Conventus ararium reponenda, triplicique clave custodienda, quarum una penes Guardianum pro tempore existentem, duas vero alias penes duos alios Fratres, singulo quoque anno per Conventum eligendos conserventur, ex quibus subministrato exhibitori, quantum religiosa ejus necessitates ( status valetudinis, laborumque ratione habita ) expostulare videbuntur: reliquum penes ararium remaneat: & arbitrio duarum ex tribus partibus Capituli, seu Congregationis Provincialis singulis annis facienda erogetur. Quod vero à Superiore ipsis traditum fuerit, vel undique ad ejus manus pervenerit, memorato Superiori de eorationem ad omnem ejus nutum redere teneatur, sub pena contra facientibus privationis activae, & passiva vocis, per triennium quilibet vice, aliisque arbitrio Superiorum ipso facto incurriendae.

Sacra Congregatio Apostolicae Visitationis super scriptum Decretum de abdicanda proprietate in particulari, de mandato S. D. N. URBANI Divina Providentia Papa VIII. per plures Sessiones examinavit, & tandem die Veneris 13. Iulij 1627. illud cum omnibus in eo contentis probavit, & inter ceteras Constitutiones hujus Religio-

(23)  
gionis Conventualium inseri & exequi mandavit.  
In quorum fidem &c. h. i.

A. Episc. Bellicastr. Sec.

---

## De Administratione Bonorum Temporalium

### Titulus secundus.

**C**um igitur nil magis in votis sit, quam pro animarum salute, & conscientia Fratrum securitate, Decreti istius Sanctissimi pura & omnimoda observantia; nonnulla prescribere, qua ad eam inducendam & conservandam necessaria visa sunt, equum duximus. Proindeque (Decreti ipsius Ordinem sequentes) primo, qua ad temporalium Conventuum bonorum administrationem pertinent, statuemus. &c. Hæc omnia verbo tenuis ex S. Constitut. Urbanis excerpta sunt.